Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



~~deinde~~ Oenanam pervenit Cæsar: qui, cum via brevissima adversus rebelles Guelfonem et Ernestum in Alemanniam tenderet, per superiorem Oenivallem iter profectum esse opinor; qua occasione fortassis et locum Stammes pertransiit. ~~Quæ licet debilis admodum conjectura sit, tamen plura hic inde erinde peto, ut id non impossibile faciant.~~ ~~III~~ Comitiis Ulmæ celebratis, rebelles compescuit. Tum Basileam veniens, cum Rudolfo Burgundiæ Rege tractavit, ab eoque hæres regni scriptus est; ut teste Wipone apud Struvium. Natale Domini festum Imperator Leodii celebravit, ut habet Vita S. Gothardi c. 4; Pascha vero Aquisgrani festive feriavit, ubi et filius ejus Henricus Regalis nominis coronam a Pilgrino Archiepiscopo (Coloniensi) percepit. Pascha hoc anno 1028 incidit in 14 Aprilis. ~~Statim ergo post Pascha in Alemanniam~~ Idem Cæsar Karbonio Episcopo Brixinensi diploma dedit, de quo infra, VIII Cal. Maj. id est, 24 Aprilis. Unde statim per Alemanniam ~~reduxe~~ in Italiam reduxe debet; quia Calendis Junii in monte Kittena dedit Udalrico Episcopo Tridentino ~~diploma donationis~~ Comitatum Venostiensem et Banzanum cum foreste jacente in monte Kittena.

/et Tirolim eadem via

/Hugone

~~III. Humbertus I Mauriana et Sabaudiæ Comes, Berardi Ottonis III ex fratre nepotis filius ex Catharina Palatina Schyrensi, d. Rudolfo Regi Burgundiæ et Conrado Imp. fide lucri, sive obsequii gratia addictissimus erat. V. Guillimann de reb. Helv. l. 2; et Ussalinus Lex. hist. v. Savoyen. Humbertus coronationi Cæsareæ Romæ interfuit. Fortassis et Ponredia, ubi Cæsar hyemaverat, sua huic obsequia detulerat. Fortassis et Principes Cæsarem comitantes hic devinire meritis studuerat. Fortassis ipse eundem in Germaniam per Tirolim ~~perque Stamsium~~ comitatus fuerat. Quorum autem hæ tam leves conjecturæ eo tempore, ut occasio apparet, qua S. Tigrie baculus seu Theclæ baculi seu imago, et forte etiam pars digiti S. Joannis B. (de quibus ad c. VII Add. 47) ex Mauriana Stamsium transferri potuerint. Certe aliquando translatio ista ~~fuit~~ contigit, quando antepotius quam his Conradi II temporibus?~~

/Anno MXXIX, ubi ad hunc annum Leobiensis testatur, Chunradus Burgundiam ingressus, Oddonem regnum compulit abjurare; recipiens Lugdunensem Primatem in deditionem, cum aliis regni Primatibus in Alemanniam est revessus. An forte hos inter et Sabaudiæ Comes fuit?

104) Ergelbertus is erat filius S. Otwini, frater ipsius Karbonis Episcopi. Hinc non ~~minorum~~ mirum, eundem ab Karbonio fratre statim novo Comitatu insendatum atque investitum fuisse. Idem enim Comitatus, qui anno superiore vocabatur Comitatus quondam Welfoni comissus, anno 1028 jam Comitatus Ergelberti dictus in diplomate Conradi II apud Hochmannum Disq. 4. Tartarotti. p. I, c. 10. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Chonradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus

105) Vide supra Add. 102.

107) Wipo p. 474 apud Stru